



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs,
tum pro Pœnitentibus**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De furto sacrilego, §. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

De Furto Sacrilego.

§ Furtum commune à sacri-
legio, specie, differt; ad-
eoque speciatim apud Confessa-
rium deponendum; quoties ni-
mirum aliquis per furtum violat
res sacras. Id quod tribus tan-
tum modis evenire a potest Pri- *a Hagund.*
mò si quis à loco sacro, id est ab *Ecc. præc.*
Ecclesia furetur rem Ecclesiæ, *n. 4. o. 4.*
sive sacratam, ut Calicem; sive *à n. 8. Vi-*
Ecclesiæ propriam, ut ejus pe- *de etiam*
cuniam. Secundò si quis furetur *Bonac.*
rem, profanam quidem, sed quæ *circ. 1. præc.*
ita custodiæ tradita sit Ecclesiæ, *cept. d. 3.*
vel eidem Ecclesiæ accommoda- *q. 6. n. 33.*
ta, ut ipsa Ecclesia de illa re te- *& De Lu-*
neatur. Tertiò si quis rem sa- *go de pæn.*
cram, v. g. prædictum calicem *d. 16. scilicet.*
consecratum, à quocunque loco, *10. à n.*
etiam non sacro; furetur. Ratio *469.*
horum est, quia in his tantum

casibus, loco sacro, reique sacrae
injuria particularis irrogatur.

Præter hos igitur casus non
invenitur ratio furti sacrilegii
quare si quis furetur crumenam
divitis in Ecclesia, vel sellam
ejusdem in Ecclesia positam, ad
ejusdem divitis commoditatem,
vel tapetia profana, existentia
sive extra, sive intra Ecclesiam,
vel gladium v. g. Parochi, &
quem Parochus nomine suo, non
verò nomine Ecclesiæ possidet
non committit sacrilegium,
& consequenter non debet
illud nisi ut vulgare
furtum con-
fiteri.

*b Bonae,
ibid.*